Quæsiît illa crucem, verùm dum quæsiît, orbis
    Fletibus hinc plenus plausibus inde fuit.
Ploravûnt erebi, contra gaudebat Olympus:
    Mærores orcus, gaudia Cœlus agit.
Quæsiît et quærenti obicem ponebat Avernq:
    At Cœli dederant auxiliare suum.
Quæsiît et nulli parsit Regina labori,
    Quæsiît et reperit viribus aucta Poli.
O Populi sortem! o Lapsum Dæmonis altum,
    Tartare, flè, plora, concine plaude solum.
Reddit sic ensis Populo, quo vicit Orcus;
    Hoc igit populus vos tenebras ense ipsemet.
Reddit scala solo, perquam conscendit æther:
    Ergo hac despreta, quilibet astra petet.
Ast iterum populi turbat Styx gaudia: namq
    Crux non una sed est, trina reperta simul.

Nescius est Populus, quinam de stipite trino
Sit illi: quare gaudia maesta tenet. DO.
Laetatur trunci inventis, maeret eisdem,
Ac medius, medium triste, triumphus habet.
Sed Deus haud ultro patiens hos Daemonis astus
Succurrit terris consuluitque Polo:
Nimirum: ostendit cunctis per grandia signa
E tribus una Dei quae foret illa Crux.
Non poterant binae, magnum Crux tertia fecit
Prodigium: vitam mortuus inde capit.
Exhinc perpetuò populus, Caelumque triumphat
In cruce: Crux semper Tartara vincit abhinc. AL. 100.

Descriptio à notatione nominis: unde ad compellandos nos desumptum nomen: homo, et unde: Mortalis, et quam aptè?

Nulla magis sunt apta suis cognomina rebus
Non melius Ligni ligno, non aptius auro
Auri, vel vitri vitro non comptius ullum
Contigit cognomen, ceu nobis obtigit illud,
Quo vocitamur homo; vel hoc: Mortalis oblatum est.
Nam quamvis multa forent, à queis nomina sumi
Non nequeant. Consuevit enim Sors reddere faustos:
Consuevit titulus, quibus est, efficere Claros:
Consuevit vocitare suos Sapientia Doctos:
Consuevit Bellona suis dare nomen Heroum:
Sunt quoque plura, solent quae pluribus apta
nomina ferre; tamen nil aptius ulli
Fert nomen, quam vel illud quod concipit ortum,
Vel istud, quod vitam finit et abripit illam,
Ex quo, quod nobis ortum donare Parentes,
Prima Parentum in nos fluxere nomina nostros:

Et quod

Et quod vel sunt martyrium passi pro nomine Xti
Vel fudere manes patriae pro dulce salute:
Martyres hi aeternùm patroni illi ee perennes
Dicti. Sed quae nostra parens, qui terminus extat?
Mater humus: finis verò mors omnibq. ergò
Nos homines ab humo, nostra commune parente:
Mortales autem à fine isto: morte vocamur. A.L.

X Dei Praecepta

Verum crede DEum: non jura: Sabbatha serva:
Sis cultor patris: nemo necetur hoc:
Tum: non moechus eris: non fur: non testis iniquus:
Non cupies nuptam: non aliena voles. A.L.

Oratio Dominica

Coelestis Genitor, fac desuper ire juvamen,
Ut valeam nomen sanctificare tuum.
Tu Regnum largire tuum, tua ritè voluntas
Fiat ut in terris, sic et in arce Poli.
Da nobis hodie panem, quô semper alamur,
Nec cum defectu transeat ulla dies.
Nos aliis veluti culpas dimittimus omnes,
debita sic nobis nostra remitte Deus.
Nec nos tentari facias à Daemone, verùm
De quocumq malo, solve benignus. amen.

X DEI praecepta.

Unum crede DEum, nec jures vana per ipsum,
Sabbatha sanctifices, habeas in honore Parentes:
Non sis Occisor, moechus, fur, testis iniquus:
Alterius nuptam, nec rem cupies alienam. A.L.

Evae Lapsus.

Ecclipsim raro patitur sol, Luna frequenter:
Et magis ad lapsum femina prona viro. Oven.

Słonce y jasnosc Słonce — A w słoncu upatruies — Z
Słusznie, w dwoich jedno — w jednym dwoie bycz miały — Z
Andrzeia z Salomeą — Nie sie to postaw — A
Acz w dwoygu, lecz duch jeden — jedna chęc y staw — A
Los u nich nie iest losem — Oni bez miłych chwil — L
Ledwie życ mogą będąc — od siebie, lub trzy mi — L
Owszem bez siebie nigdy. Zaczey przyznac musz — E
Oboje zawsze z sobą dzie — za jedna — Dusz — E
Mysl iedna, tchnienie jedno. Zgoda nie zbładziłby — S
Moc ich serca, Fenixem — W jednym sądziłby — S
Empiru w nich iest dzieło ich — Bóg błogosławi — C
Empir będzie! będzie Swiat ich zawsze sławi — C
Azas nieba skazał — Y, że żyć będą pot — Y
Aż ich ucieszą ich Syn — wnuki y prawnuki —

Aenigma

Wąż się wijący moią figurę głowę — — — S
Anioła czoło drugą daie mi osnowę — — — — A
Laska stoiąca trzecim — Członiem czwartym koło — L
Potym w gorze związane trzy laski — — — M
Gdy część pierwsza, w szostym u mnie a zgoła miejsca pada — E
Przod Adama mam w tyle, com iest? niech kto zgada? A

Felicitas Poloniae Rege incolumi canente Severino Rzewuski

Praefecto Dolinensi Generali majori, in exercitu Regis Poloniae

Aº Dni 1763.

Temperet à lacrymis, suffusaq lumina siccet,
Exhilaret tristem vultum, frontemq serenet,
Ingeminet plausus, et muta silentia rumpat,
Jam tandem incolumi gavisa Polonia Rege.
Disperiit gelidus timor, et praesaga malorum
Maestitia, atq dolor, placidaeq inimica quieti
Anxietas tristis, praecordia nostra reliquit.
Sollicitudo fovens insomnia, pallida vultu
Cura vigil, laticem venarum sistere gnarq
Terror, et eventus funesti praescia vates
Suspicio, Regno tandem cessêre Polono.
Fata adversa graves Lechiae minantia casus,
Sarmaticis longè depulsa fugataq terris,
A nobis rescissa mari tenet ultima Thule,
Exilio ex patriis oris damnata perenni.
Laetior ire dies Lechiae, nec amaenior unquam
Affulgere potest, radiosq Diespiter ipsi
Non sparsit similes, tantoq nitore coruscos.
Sanus adest oculis, aderat qui mentibus aeger,
Sceptra polona tenens Augustus, non modò Regum,
Optimus, ast hominum; Populi Pater, atq Amorq̂,
Dulce decus generis nostri; quem sideris instar
Illustrat, coetusq hominum virtutibus ornat.
Vos ego Coelicolae Lechico de sanguine nati
Invoco; qui Numen devota et supplice mente

Pro Patria

Pro Patria, pro Rege pio, Regnoq rogati,
Exorate Deum; dulci modulamine nostros
Ut donet versus, celebrantes munera Coeli,
Sarmatico concessa throno, gentiq Polonae,
Difficilem morbum superante et sospite Rege.
Dirâ Europae vastos diffusa per oras
Fata adversa, nuper miseras urgentia gentes,
Tristibus aerumnis vastabant florida regna,
Plusquam septennes clades perpessa necesq.
Pallida mors tinctum spumoso Sanguine Bellum
macra fames, ardensq sitis, veniensq repentè
turbatis oculis, erectis crinibus horror,
Pauperiesq humili gressu comitata ruinam,
Ira minax, vindicta furens, vis nescia recti,
Per mare, per terras, per tristia regna vagant.
Saevit in Europam tantorum turba malorum,
Naufragiumq fretis, et clades urbibus infert.
Terra cruore madet, rubet aequor Sanguine fuso,
Christiadum, Lacrymis populorum flumina turgent.
Fortis in arma ruit Patria latura ruinas,
Se perimens, in seque manus Germania vertens,
Et vincens et victa simul, feriensq dolensq,
Abstergit madidas fraterno Sanguine dextras.
Russia, quae latè vastis dominatur in oris,
Et quâ nulla foret toto florentior orbe
Si gentis numero Regio, populosior esset,
Quam multas hominum strages, quot millia caesi
militis enumerat, sertis redimita cruentis.
Gallia terribilis, Roma victricibus armis
Pugnaces forti Brennô ducente Catervas,

Quam

Quam damnosa tulit longi dispendia belli,
Exhaustis nummis, et forti milite caeso.
Arma capit, celebris gestis Hispania, pugnis,
Sanguine fumantes, flammisq habitura triumphos.
Ingemuit atrocis belli concussa ruinis,
Dum tonat iratus Mars, Portugalia dives.
Saevo marte potens, celebrisq Britannia Classe,
Navibus obtectum, quam multo sanguine tinxit
Aequor, et impensis quantis, quantoq cruore
Palladiae ramum decerpsit Pacis olivae.
Strenuus Hungariae miles, pugnaxq Bohemus,
Et fortis Suecus diro in certamine martis,
Atq aciem doctus, promptusq ad praelia Prussus,
Intexunt Lauris Cypressos; morte redempta
Et nece serta ferunt, et sanguine tincta trophaea.
Heu quam funestis, et vasta, et florida Regna
Cladibus urgentur, fatis agitata sinistris.
Europae populi, lacrymis et sanguine fuso,
Consedere atroces furiae, metuendaq fata,
Et satura aerumnis, ac molli laeta quiete,
Abstersere truces enses, madidosq cruore,
Cum surgens medio caetu, sic dicere caepit
Invidia: anne feros animos, et pectora saeva
Otia longa decent? gladios et tela resume
Turba ferox, namq unus adhuc magnusq triumphus
Adversis restat fatis, furiisque minaci.
Prae cunctis terra populis felicior unus
Exstat, quem placide leni moderamine Sceptri

Optimus Augustus.

Optimus Augustus, virtute, et lege gubernat.
Illene solus erit gallinæ filius albæ?
Quem Sævus mavors, circumq tonantia bella
Immunem à furiis, à ferro, ac igne relinquent.
Consurgit malè sana cohors, atq ore patenti
Imminet in Lechiam, vastandaq præcipitat arva,
Ingressumq parans ampli confinia Regni
Funestis peragrat plantis, passuq sinistrô.
Quando repentè videt, venientibq obvia fatis
Agmina Virtutum cari populoq Poloq
Augusti, Lechicis furias arcentia terris.
Corruit, atq gemit, perterrita turba malorum,
Atq venenatis labiis, mordaciq linguâ,
Talis Superis profert voces: Tantumne Polonos
Casibus urgeri nullis, fatisq licebit,
Ergone, Sarmatiæ soli, gentiq Lechææ,
Propitium Cœlum, numenq favebit amicum?
Jam propè sex lustris, Augustô sceptra tenente
Horrida non norunt, Diri certamina belli,
Sarmatiæ populi, Saturi dulcedine pacis.
Adveniat tempus, quo tandem mæsta secundis
Mutet, et adversos gens libera sentiat ictus.
Dixerat; et torvos oculos ad Sydera vertens
Ter fremuit rabiem, ter stridit dentibq atris.
Quando videt rutilos abruptis nubibus ignes
Fulgura perterrere solum, Cœloq tonare.
Audit; et immani graviter perculsa timore,
Corruit, auscultatq tremens effœta Supremi

Numinis,

Numinis, hanc litem brevibus dirimentia verbis:
Augusti pietas, adversos arceat ictus
A Lechia, Rex sit longaevus, turba malorum
Procidat ante pedes Regis, laedatq nefando
Dente pedem Augusti, sanandum, sospite Rege.
Contremuere omnes furiae, veranaq fata
Et plantis Regis submittere colla superba
Ausa venenatis labiis, mordaceq linguâ,
Sarmatici Augusti pedibus, dira osculae figunt,
Atq fugam celerem sapientia timite Regni
Excedunt Lechiis, tristemq ferunt in Obicem.
Magnanimus Princeps premit altum corde dolorem,
Fronte serenatô, vultuq et pectore lato,
Effatum Caeli, patiens, et pronus adorat.
Sed subito caelum, sanato vulnere Regis,
Praecipit, ut properet duci damnosa cicatrix,
Plusquam centennos numquam reditura per annos.
Jubila Sarmatiae latantis, sospite Rege,
Hic expressa fero; brevibus numerisq, modisq:
Romano Augusto melior, majorq Polonus,
Difficili ancipitiq laborans ex pede morbo
Evoluit, sospes, nec gaudia nostra moratus.
O! utinam Regi longaevo saecula multa
De gentis Lechicae superaddat Jupiter annis!
Haec populus laetam, haec fundit vota Senatus.

Fill. Rzewuski: Dux Campestris.

Epitaphium hominis ebriosi.

Hic jacet intra urnam, extra urnam, qui saepe jacebat.
Tunc tumulentus homo, nunc tumulatus humo. Incerti.

Sermocinatio consultans Throno Poll pro revoluta ad psens Fortune rota 1768 in 9bri.

Krol. Cale, iak widzę pada Dziełko nasze.
Repnin. Cztoto gaworyt Welyczestwo wasze?
Dyssyd. Ne dobry taka, Polak Nelaskawy.
Narody. Zazte pomoż Boży, zle badz zdrow oddawa. (a.)
Polak. Zgadła Warszawa.

K. Przeciw mnie Polska sprzymierzona cała.
R. Imesz Sołdat, kotrych Carycia Ty dała.
D. Ia, ja, Sołdaty wez Polak za Szyia.
N. Pod wodę płynąc, nierdota Rossyia. (b.)
P. Nad Boskoż moc czyia?

K. Cały kray Polsky na mnie oburzony.
R. Paydut Żołniery w usia Lackie Strony.
D. Usiesz Polaki: bosze beze bdla.
N. Lżesz: Goliata Dawidek obala. - - - (c.)
P. Toczeka Moskala.

K. Korona, Litwa, w zwiazku z Swemi Stany.
R. Kak w Siwir wozmem usja Polskie Pany.
D. Pgut na Kijow wehder dobry rada.
N. Kto pod kim kopie (d.) doły, sam w nich pada.
P. Dozna Moskal biada.

K. Bar–

(a) Quali mensura mensi fueritis. Exod 23.21. (b) Ultra Torrentem niti. Axioma. (c) 1. Reg. 17. 34. 49. David expugnat Gigantem. (d) in Foveas ipsi, qui fodiere, cadent. Marlix

Ł. Bar, Berdyczow, Krakow, y Litwa już wzbroi.
R. Nasz Sołdat, Usar, Dun, wse uspokoj.
D. Bo ak zabiem, y w Ziemia zagrzeba.
N. Zwycięstwo przed bitwą (f.) śpiewać niepotrzeba.
P. Wesprą wiernych (e) Nieba.

Ł. Niech Spisk rozgromią wyszlimy Orszaki.
R. Każ dneś, stupayte, ryite wsja Polaki.
D. Gut gut wszystkiego niech zabił Pan Brata.
N. Czy nisko (g) siedzie, kto wysoko lata.
P. Ten iest manier Swiata.

Ł. Na Bar, Berdyczow ruczmy wprzód Polski.
R. Da da choroszo, byite sjila Spiski.
D. Już poszła Moskal ze Szpadem na Bara.
N. Słonce trwa zawsze, w chwili (h.) ginie chmara.
P. Słońcem Polska Wiara.

Ł. Ha Ha już Bara, już y Berdyczowa
Dobyli Nasi. R. Da Kreczetnykowa
Z Apraxinym choroszo. D. Masze Pane Leszy.
P. Bóg Nasz iest (i.) Oycem, dotknie, y ucieszy.
N. Wnet Pomoc przyspieszy.

(e) DEus adjutor noster In Psal. (f.) Ante victoriam non cane triumphum Ping. (g.) Extollunt in altum, casu ut graviore ruant. (h.) Lux pellit Noctem, reddit et nubila Phœbus. Virg. (i.) Deus Genitor est affligit ut solet. August

Ż. Wszystkich Hultajów, coto bronią Wiary,
Jak udręczemy? R. do jakoi kary
Nay idut w Polonne. D. Tam na jama droga.
P. Czartu żyć niechcem (k) chcem umrzeć dla Boga.
N. Dla Nas to Przestroga.

Ż. Niewzięto wszystkich, pod Turecką dużo
Uszło Opieką. R. Hey Wsiakyi kruzo
W Ukrainu stupać. D. To Nowego rada
N. Czujmy: już bliskiy Dom góry Sąsiada. (l.)
P.

R. Rab Osudarskiy nay taw wseja Chuty
Knam zmowyszy: sybwsia zryjut. lackiy Braty.
Ż. Dobry to Sposob! D. Ja go chwalić będę.
N. W Srzod róż wśrzod (m) Laurow, łatwo poznać węża.
P. Nastym Niezwycięża.

Ż. O zdrowa rada! cała Ukrayna
We krwi już broczy. R. Da krasna Nowyna
Szto! ja tak kazał. D. Nech ginol do Diabla
P. Jest (n) Bog. Zemści się krwie (o) niewinnego Abla.
N. Gotowa już Szabla.

Ż. Acz.

(k) Vivere DEO regnare est. Aug. S. (l.) Proximus Ardet Ucalegon. Virg.
(m) [illegible] etiam inter Lilia nocivum. Seneca (n) Vivo ego Dicit Dns
(o) Sangvinem innocentem vindicabo. Ezech

L. Acz tu nie koniec: w Krakowie rozruchy.
R. Jd, stupay, ryzy Pesio-Lacłzkji Juchy.
D. Bez Sztorbem Polak, poszła Moskal w para.
X. Ni Psu od mięsa, (p.) Wam od Polski wara.
C. Boska za (q.) grzechy Kara.

K. Szczęśliwe Losy: dobyto Krakowa.
R. Krasny kawalir nasz Apraxymowa.
D. Niech zginął Polak: my bezem w Senata.
X. Nie Psu Kiełbasa (r.) krzesło nie dla kata.
C. —

K. Wszystkich Spiskowów niech ślą w kaydany.
R. Nasy idut w Polonne, czto Szlachta, czto Pany.
D. Nasz Pan Grabowska zdrow został w Ochota.
X. Droższe iest złoto, gdy (s.) przycierpi młota.
C. Tak y Polska (t.) Cnota.

K. Lecz ach źle! wiary znów Broniciy bronj:
A Branickiego, ni drańca śmierć goni:
Litwa zwycięża: Czyni Potencyja
Alians: Porta chorągiew rozwija:
Bóg iuż Polskom sprzyja!

R kat.

(p.) Alta petis Phaeton. Ovid. (q.) Odio Deo est, impq, et iniquitas ejq. Czech.
(r.) non projiciatis ante porcos Margaritas. Mtq (s.) Oveng Aquirit majq spti um, dum tundit aurum: (t.) Sic est adversis recta pbanda fides. Oven.

R. kak sija dilo dà welmy nam trwoho:
Soldatia hynut: Lachy zywiut mnoho:
Sut aliantsa: Turk skażet nam brany:
Seym treba zdilat: Diss: znow wszystkiego Pany
Niech zabral do kaydany.

N. Dość burmistrzowac: pódz do Wdyta (u) kubo:
Sidta, coś rzuċit, twoja beda (w) zguba:
Dawi się kto zre wiçey, niz (x) iesć zdota:
Jedna odporu nieda wielu (y) Pszczota:
Przemoże Lew (z) wota.

P. Stum Lucyperskij, duch (aa) ieden uskramja:
Moc Jerychonsky Głos (bb) Traby rozgramia:
Szczęka tnie Samson liczne (cc) Filistyny:
Mocen (dd) Bóg: zetrzyć was btedne Rusiny:
A umocniċ swe Syny.

(u) Accipietis justam mercedem. Atq (w) In Laqueos ipsi, qui posuere cadunt. Lucang (x) Ultra posse viri, Stultus vult posse requiri. Marlij (y) Plus est bis unò, plus possunt millia binis. Lunchy (z) Vicit Leo. math. 1.6 (aa) Isaiae 14 & 10. Lucifer è Caelis lapsus ad antra Stygis. (bb) A Clangore Tubae magna Jerycho ruit. Josue 6. 10. 24. (cc) Maxillâ Samson multa Philista necat. Isaiae 15 & 0.

Prosopopeja Lechiae, suo super interitu lamentantis. 1768. in 8bri.

Niebardziey Jeremiasz (a) Jerusalem miasta:
Niebardziey Dziatek Rachel (b) płakała Niewiasta:
Jak ja smutna Lechia, tkam dziś, płaczę wyie:
która wiem to, iż ginę, to niewiem czy żyię.

Moy kleynot, me pieszczoty, Ołtarz, Ozdoby,
Smutne, z jękiem okropnym odziały żałoby.
B. B. O. C. zbisurniony, pod nogi wylana krew swięta,
Chleb Anielski z Ołtarza rzucon przed Szczenięta:
Wiary Swiatło przyćmione, zburzone Swiątynie,
krwią niewinną głab wody y morą wszelki płynie:
Luter, kalwin, Schyzmatyk sieje Czarcie Błędy,
Na katolika czyni katolik zapędy:
Biskup, kapłan, Woda, Senat, kaydanami brzęka,
Poseł, Szlachic, y Wolność, w niewolniczym stęka
Jarzmie: Grody, y miasta, miasteczka, wsie, wioski,
Gruzem, węglom, pustynią stały się: Lud troski
Z Smiercią srogą ponosi. O nie ludzkie czasy!
Bunt łaią zgubę mnożą Domy, Pola, lasy.
Na Dziedzica Poddany zuchwale się targa:
Jęk, lament, y zły wszędy, wszędy Płacz y Skarga.
Brat na Brata, Syn na mnie Oyczyznę się miota,
Ginie Wiara! ja ginę! ginie Wolność złota!
Niestetysz mnie Oyczyznie, mnie ginącey biada:
Za coż mię moi chłopczy? dość mam od Sąsiada.

Y to mi

a: Jeremiae Threny super Jerusalem. b: Jerem. Cap. III. V. 14.

Yo mi nieznoyśnieysza: ja Syonu Pana
Z Moyżeszem błagam; (c) oni Cielca y Bałwana
Z Akwilonem czczą wielbią: ja z wyborem męża
Wolna stoję przy Bogu; (d) oni z dobyciem oręża
Do Baala cisną się: ja z pokorną prozą
Idę do nich jak (f) Judyth; oni z hardą zgrozą
Ni (g) Holofern srożą się; A choć iako (h) Łania
Chcę ich tulić: - - - - - - - - -, iako miłość (i) Pelikania;
Chcę ich karmić; chcę pieścić, iako Matka (k) sierota;
Mną gardzą, a cisną się w Piec do (l) Lucypera.
Tak w swych Postach, czy Ostach, to Jaszczurcze Plemię,
Z Warszawą zrobił Hallicz, y inne złe Ziemie
Lecz co zyskał Izrael, że czcił złote Cielce:
Co zysk, że Baalowi uniżał się wielce:
Co za profit korzystał, ów Holofern hardy:
Też oni Szpery wezmą za swoje Azardy.
Z Grzechem (m) zginął (n) Holofern: lud nie uznał Ziemi
Zaczyn rowny, zysk rowny, Ci odbiorą z niemi.

---

c: Exod Cap. XXXII. d: 3 Reg 16. 31. e: Jud 8. 1. f: Jud 2. 4.
g: 3 Reg. 18. 40. h: Eccl 14. i: S. Thom. Aquin. k: in Psalm.
l: Jud: 6. 2 & 40. m: Jud 13. 8. n: Jud 13. 8. ——

Wiersze przez Konfederatow Krakowskich do Więzienia Polonny prowadzonych na noclegach popisane „—„ —„ Ano w Szczebrzeszynie „—„ —„ —„ —„—„

Przypatrz się nieszczęśliwey na Swiecie odmianie,
Krakowscy, Sandomirscy, Sanoccy, Ziemianie,
W Szczebrzesynie tu stali, jak widzisz w tey Stayni,
którzy w pięknych przebywać Pokojach zwyczayni.
Ci co na miętkiey zwykli zasypiać Pościeli,
Na gnoiu, jak bydlęta, w Barłogu leżeli.
Za to że Wolność, Prawa, y Wiarę zepsutą
Naprawić chcieli, taką Skarany Pokutą.
Wiele zaś było, tym ci oświadczam dowodem,
W dwoch Stayniach rachowana Nas Sześćset z przychodem.
Wy Bracia, pozostali, Pana Boga proście
Żebyście w takiey, jak my, niebywali chłoście.

Ano w Janowie

Kiedy po Nas pamiątka została wszędzie
niechay y ta w Janowie jawna wszystkim będzie
Tu wolney Matki stali, zniewolone Dzieci
Niech się o Nas uiadomi, po świecie rozleci.
Którzyśmy gdy Dwie Party do kupy się zeszło
Rachowanych Nas razem wszystkich Sześćset przeszło
Chcesz wiedzieć Czytelniku jakie Nasze Życie!
Widzisz Nas, jak niewinne Owce na zabicie.

Co większa, tak sekretnie, że sami nie wiemy
kiedy szczęśliwy meta albo złey doydziemy.
Jaką też ~~Łaskę~~ mamy, pomoc ze Naszych Braci
Już o Nas zapomnieli, niechay Im Bóg płaci.
Myśmy Wiary, Wolności, serdecznie bronili
niech Bóg skarze Tych, którzy wraz ze Nami nie byli.
A wy Zdraycy, co z biedy naszey się cieszycie
Jeśli mało sto Diabłów, to millión Ziecie.

<u>3tio w Sokalu.</u>

Spytasz się co za Ludzie byli w tym tu mieście?
Rzecz-Pospolita Polska w moskiewskim Areście.
Lecz podobno zapłaczesz, od ciężkiego żalu,
Nad Niewinnemi Braćią, co stali w Sokalu.
Uważ żal naszey Polski, ukochaney matki,
Że w Jey własnych wnętrznościach biedę cierpią Dziatki.
Którzy wiary prawdziwey, w którey się rodzili,
Miłey wolności, y Praw upadłych bronili.
Ale Pan Bóg nasz Stwórca, dysponować umi
Zdraycow do Dziesiątego Pokolenia stłumi.

Wiersz Marcinowi y Magdalenie po Zaślubinach offiarowany.

1mo.

Dzień Augusta Szesnasty minął, lecz ta chwała
W setne Wieki trwać będzie, ktora się z nim stała.
Dziś &c &c &c.

2do.

Wesoły Sternik, gdy z morskich Fal na ląd zawinie,
Szczęsny iest, boś na gruncie iuż szczęścia Marcinie.
Owa myśli burzliwość iuż cię nie kłopota,
Bo na Ląd serca twego zawinęła Flota,
Bogatsza niż złota.

3tio.

Co czyni Czas zimowy? dozdrzałość iagody.
Co znaczy Los Marcina? Zysk całey swobody.
Czem dziś Rolnik wesoły? bo ma sztukę chleba.
Czem Los szczęsny? bo mu Lunkę dały Nieba.
Julicy było trzeba

4to.

W pełni stał Księżyc Sierpnia gdy był Dzień Szesnasty,
W pełni Szczęścia tyś stanął, przez Zaszczyt Niewiasty.
Świeci blask Księżycowey gdy iest pełni pora,
Znak iest, że wasze życie nie uyzdrzy Wieczora.

5to.

Dzien ten swiatu astronom szczesny upatruie,
W ktorym Febus niebieski z Lwa w Panne wstępuie:
Dzis więcey niż szczesliwy dzień swiatu przyswieca
Bo Leon Panne, Panna Lwa sobą zaszczyca.

6mo.

Głoś jo Apollinie! to brzmi Kameno!
Magdalena z Leonem, Leo z Magdaleną.
Z wod Parnaskich ten wyraz czerpay Hipokreno,
Niech żyią wiek Saturna Leon Magdalena,
Niech Fortuny dąg złoty liczą à Jeh sławą,
Niechay tam wygurują, gdzie sam Tytan stawa.

Gratulatio Bernardo.

1mo.

Nieobiawiła innym dnia tego Lucyna,
W ktorym swiat pierwszy raz widział Bernardyna,
Mnie się honor ten dostał wiedziec o tey chwili,
Więc dla mnie y powinnosc, życzeć by twe były,
Bez przykrosci sukcessa, bez słabosci Lata,
Bez uszczerbkow dostatky. Cześć bez swiata.

2dum.

Bernard Barnarda słusznie nosi jmie,
Bo Perła z Perło, w iedney ma być styrnie.
Bernard żył Łaskawie,
Jest wteyże Postawie Nasz Bernard.

Bernard, a Bernard jawnie jedno znaczy.
Brylant y Brylant iedno się tłumaczy,
Cz. Bernard na Tronie?
Jest Duchem w Sionie Nasz Bernard.

Jasność po iasności ładniey się wydaie,
Bernard w Bernardzie Czci większey się staie,
Stał Bernard przy wierze,
Ma z Bogiem przymierze, Nasz Bernard.

Votum Francisco.

Amum.

Temporis ut nostri momentum crescit in horam,
Et brevis inlongum ducitur hora Diem.
Multiplicata dies in mensem, mensis in Annum.
Sic crescente tuo Stemate crescat honos. Omen.

2dum.

Certent inter se, in Te, Certamen honoris,
Nobilitas, Virtus, Ingeniumque Suum.
Haec Tria cum specto, verear, cur dicere Verum:
Gens Francisce Tibi, vix habet illa Parem. Omen.

3tium.

Ut Sol in Cœlis, ut Lux in sole videtur
Virtus in vultu sic habitare tuo.
Spectator quicunq venit, discedit amator,
Hunc Virtus, Bonitas, et tua musa capit. Oven.

4tum.

Si foret in nudis Virtus, aut Gloria verbis,
In Laudes ~~facerem~~ carmina mille tuas.
Nobilitare potest nostram tua Gloria musam,
At Tibi Musa potest addere nostra nihil. Martialis.

5tum.

Integritas morum Indigetem commendat et ardor,
Ingenii, et docto sanctus in ore pudor.
Te quoq. cor sapiens, gravitas, et gratia vultus,
Eximit è populo, conspicuumq. facit.
Indigeti es similis, de te multa dicere plura
Nil opus, Indigeti te similem esse, sat est.

6tum.

Magnus Alexander bello devicerat orbem,
Noster Franciscus vincit amore Polos.
Multos hic tenuit Populos, ast ense subactos,
Tu mea corda tenes, corde subacta tuo.

Idem.

Pro meritis Cœlum tantis, Francisce dederunt
Francisco citò Dj – sed Tibi serò dabunt.
Dj Tibi dent quidqd Francisce mererj –
Grata perpetuò, quæ tribuere velint.

Idem.

Ut croceus floret Narcisus vere sereno,
Candida temporibq vernis ut Lilia crescunt,
Ut rosa perpetuo vernat vestita colore,
Sic Francisce Tibi vitæ flos opto virescat,
Nec gelidi flatu Boreæ marcescat acerbo,
Vortice nec frigidi labatur flosculq Curj –
Hunc Zephiri semper refricent, dulcisq Favonj
Aura, ut perpetuo nobis flos floreat ille.
Plura precor, virtus quoniam Tua plura meretur.
Quot numerat totus modicas Cuxinus arenas,
Sydera quot numerat radiantia summus olimpus,
Alma Ceres fruges quot habet, quot gramina campus,
altaq quot levibq Foliis obducitur Arbos,
Potes tot numeres, Sortis tot Fausta teneto.
Vive diu sospes, Seclis vel Secula vince,
Vivito, et imple annis Laudes, et Laudibus Annos,
Vivito! vivito! vivito! io plus! vivito Semper

Votum Martino.

De Olgerty Lelivæ.

Nunc, nunc pelim tundas chelim festiva Camena,
Nunc Apollo, toto solô, vota des amœna,
En sacrata, cœlis grata, Lux fulget Martini,
Inquilino dic Martino, sint unus hi bini.
Dic hæc ore, hæc pectore, tibi volunt tui,
Ut longævô felix ævô, nunquam dnas frui.

Aliud.

O splendens sydus! o clara Cinthia!
A qua splendorem derivat Lechia.
At splendor ille, in quem debet verti,
Docent Olgerty.

Olgerty, quod mater Lithvania,
Hinc Adaminy, queis fulget Lechia,
Fulget; et cunctos distinguit honore
Dignatur amore.

Eja Martino, Adamina Luna,
Semper sit plena, plena cum fortuna,
Sospitet vitam, non occidens stella
Instillet mella.

Xiiii.

Duces Olgerty Lithvanor gentis,
Adamitana sunt rivus Sementis.
Ex Queîs nunc Patriae
Accessum Gloriae:
Ex Queîs nunc Flenti
Firmum Robur genti:
Ex queîs nunc Senatûs
Dexterrimum Latus Spectamus.
Lunam cum Stella nacti sunt Insigne,
Clarum est Stemma, sed hoc pollent dignè.
Qui Religionis
Exemplar Polonis:
Qui Actu Fidei
Esse Filij Dei:
Quivè Virtutum
Catholicum Scutum Cernuntur.
Hinc Acuminum Martinu vi divâ
Evehat eò Celestis Leliva,
Ut quà Forti dona
Det Clavam Bellona;
Quà gravem virtute
Dis sospitent tutè;
Quà Pullo Polono
Det Sceptrum in Throno Patrija.

In Academia Leopol. Sermo ad Praefectum Congregationis per mehabitus 1763

Non optata solum, verum longe etiam felicissima fortuna donari nos conspicimus, cum Eum, qui nobis ceu lumen quoddam praeeat, qui mentes nostras incitet, à quo devotio normam pietas augmentum summat nostra, non alium venerari concessum est nobis, sed Te, honoris Mariani Cultor ferventissime, Gemma Patriae, nostri gloria, Capitanee Illustrissime. Postquam enim tum Publicis, quam privatis etiam in votis, ille nobis Moderator esset, quem et nominis excellentia, et virtutum amplitudo, et caetera aeque multae ac praestantissimae dotes, commendatum redderent, in Te oblato, non solum Eo (quod satis esset fortunae) quem optavimus, verum (quod longe felicissimum est) ipsis etiam votis desideriis majori gaudemus Praeside. Enimvero quamcunque Tui partem, sive Tui scilicet Nomen Clarissimum, sive virtutes Amplissimas, sive reliqua cum multa, tum insignia dona Tua obvolver animo, hac ab omni, parum dixerim, plurimum commendatum considero, nisi fatear, longe etiam Commendatissimum revereor. Ubi enim nominis Tui Excellentiam ob oculos pono: eam video, quae de summis parem, maximis non minorem, majorem autem facit reliquis. Nam deinde usque, quoad longissime mens hominum respicere potest spacium praeteriti temporis, ~~etiam~~ dignitatem

tatem repeto: nihil in ea, quod non amplum, quod non magnificum, quod non excelsum forêt, invenio. Tota enim antiquitas disertò ore amplitudinem, tota summis laudibus magnificentiam, tota Primor[um] suor[um] excellentiam tantis extollit vocibus, ut pleni elogior[um] vestror[um] sint libri, plene commendationis paginae, plena fiat laudum posteritas. Sed quae prisca in antecessoribus estimavi sunt saecula, haec et longè plura, aetas praesens, in Te ipso, non videt solùm, sed et laudibus effert, non tantùm effert laudibus, at etiam veneratur, non veneratur modò, verùm quoque miratur; videt nimirum maximis obeundis muneribus par ingenium, effert laudibus ad omnia summa natum, veneratur omnibus insignitum dotibus, perfectum denique virum in juvene miratur. At cum honori maniae, seu quoddam ingemmina pretium, in nobilitate placeat virtus, ita quemadmodum Nominis, ita sanctimonia excellentiâ adeò emines, ut non modo ampla verum consummatâ etiam virtute praeditus par evadas. Nullum est enim probitatis genus, nulla ejusmodi sanctimoniae ratio, quae non dicam te effugiat, verum quae non sit tibi familiaris atque domestica. Eas nihilominus dotes tuas, né easdem imminueam potius, quam extollam, supprimam quoniam enarrarem, submisso magis silentii elogio, quam tenellis sermonis ambitu celebrare studeo: illud duntaxat repeto: talibus et tantis — ornatum te dotibus, ob quas Te et quales, et Marianus postulabat honos, et nostra exoptarunt vota in Nostri Praesidem. Restat itaque ut qui Te nunc Scholae Praesidem et Coetus hujus Praefectum veneramur post Patriae Patrem, ac Senatûs gloriam veneraturi simus. Dixi

AdMDG.

Profecto longe haec excellentissima est, ita et utilissima longe. Quid enim non summa cum utilitate conjunctum sit istud, quod aequè opportunos, ac copiosos fructus progenerat. Amplum enim necessariumque est: supremum sui Dominum nosse. Amore, timore, et honore, qui Ei exhibendus sit, erudiri. et de his quibus si fidem dederis, jam salutis jacturam passus es, et de eis, quibus si negaveris fidem, iterum salus in discrimen agit, edoceri. qui gratiarum fontes, quae hauriendi eas methodus, quae ratio haustas nobis applicandi, applicatas si conservatae fuerint, augendi, si omissae recuperandi, perspectum habere. demum: cum venena ea, quae mentes humanas adeò inficiunt, ut eis mortem inferant, tum medicinam hanc, quae ita nostris infirmitatibus medetur, ut debiles peccato animas in pristinum sanitatis statum revocent, non ignorare, quod Theologiae facit virtus. Illa denique vitia expellit, superstitiones haereseon subvertit, virtutes humanis pectoribus inserit, Religionem veram stabilit, firmat, roborat, mysteria explanat, incognoscibilia cognita facit, incredibilia credenda reddit, dubia determinat, obscura illustrat, abscondita revelat, falsa discernit, vera edocet. haec omnia Theologiae sunt fructus. Et ob haec: amplior ne illa, an opportunior foret, amabo, dicite! O vitae dux, virtutum Omnium Parens, vitiorum expultrix morum et disciplinae magistra Theologia: Tu pretiosa illa Catena es, qua terrestria cum Caelestibus ligantur, Tu clavis illa es, quae sapientiae D. thesauros hominibus recludis, Tu non tam Liberalis quam Liberatrix dicenda. De hac certè si omnia dicenda forent, quae dicenda supersunt, et tempus et vires me deficerent, quamquam ubi in consessu hoc Vestro, omnium scientiarum genere Ornatissimo, et haec pauca dixi, satis me multa dixisse intelligo. Hujus itaque disciplinae defensurus partes: si quid in ea sufficiam, id non tam Theologo, si tamen

Theologi

Theologi nomen meritò usurpat qui Ei in hominum [illegible] quam illis excellentior [illegible]
Ministri [illegible]

Orat. Ante disputationem in Theologicam in Universitate Leopol. per me 1763. habito

Si quarum scientiarum, et honoris dignitatis, estimationis, tanto majoris est, quanto majorem
in ea excellentiam eminere videmus, et eo ampliori in utilitate, ubertate, gloria
quo copiosiores ex ea fructus profluunt, et enascuntur, profecto A.M. Pl. RR. D. ac Ornat.
disciplinae Theologicae ratio, quum non solum in eo tota posita est, quod excellentissimum ac
dignissimum est, verum nullo etiam circumscriptos termino fructus pariat, tam
honorem dignitatemque habeat omnem, quam etiam maximam contineat utilitatem necesse
est. Et ideo quidem ex quo scientia haec omnium maxima scientiarum in summam ex
cellentiam effloruit, alterum est fons iste, de quo illa in sua origine emana
vit, alterum munus tertium, ad quod obeundum ea nata est. Fundamenta itaque
disciplinae hujus eos forte fecisse putatis, qui omnium reliquarum, quae non longe
ab hominum ingeniis aliena sunt, primi extitere parentes: certe quamquam a
viris iis, et eorum dogmatis sua non deest commendatio, minime tamen ab iis
sed aliunde orta est. Censetis igitur vel hos, qui fidei nostrae primi sunt facti
Propagatores, initium ei dedisse, vel illos, quos Ecclesia, iam Columnas iam Lu
mina, iam capita agnovit sua, vel ipsam denique Ecclesiam, tanquam matrem fi
delium, hujus etiam matrem extitisse: fateor, omnia quoque haec plenissi
mum scientiae illi roboris, firmitatis, decoris et ornamenti dedisse,
non tamen Originem dedisse. Quae ergo, sciscitamini a me, sanctior
haec arbor, sanctum hunc fructum progenuit? Deusne, etsi ipse non
possum non dicere: sane ita. Ille est fons hic, ex quo iste rivus emana
vit. ille arbor haec, ex qua is fructus effloruit. ille hoc Lumen, quod Lumi
narium accendit, Deus ipse. O Summam Theologiae excellentiam,
quod hoc ex fonte nata est, et non minorem inde, ei quod natae est.
Quid enim est beatitudine perpetua, aut natura Caelestibus et Angelicis
dignius? At in has rimatur Theologia. Quid gratiis, donis, muneribus Divinis praestantius?
At haec considerat Theologia. Quid perfectionibus Divinis, quae Attributa Dei sunt,
quid Deo ipso O.O.M. commendabiliusque? excellentius? honorificentiusque? At perfectio
nes scrutatur, attributa meditatur, Dei ipsius notitiam consequitur Theologia. Po
stremo si non mediocris est dignitatis scientia vel ista, quae circa terrae molem
versatur, vel illa quae Caeli motus situm et spatia respicit ac dimetitur,
cur non maxima sit majestatis ea, quae terrae et terrestrium conditorem, Caeli et
Caelestium authorem considerat? Profecto. Reliquum ex opposito.

Praefatio ante Disputationem Theolog. circa Religionem Cathol. A° 1763tio.

Susceptae rationis Rector magnifice, ceteriq Acad. P.P. OO. qua nostrae dogmata Religionis
simul ac Religionem ipsam, fidemq Romanam ejusmodi defensurum eo, quae non
modo non repudiari, verum ne in minimum quidem dubium, sano prudentiq animo
vocari possit; a me partim ob tenuitatem ingenii, partim ob profundam ejusdem
sublimitatem, non omnino perfectae, rationem vestra humanitas habeat, eademq
veniam, si quid defecerim, aut ipsimet, non satis mihi constiterim, ea qua
ceteris solet his omnibus benevolentia, mihi etiam parcens. Quanto
enim contumaciora perditissimorum hominum ingenia, acriore contentione
adversus rem quampiam pugnant, tanto hostium, qui rei ejusmodi partes
defensurum iri, ut difficultates experiundum graviores, ita facile graviori a pe-
riculo metuendum esse intelligo: perinde sane, atq vel illi, qui inter hosti-
lia constituti arma, hinc illinc crebris ictibq petiti, vel isti, qui summa
tempestate navigant, nunc altis profundis mox pelagi aquis sepeliri
se vident. At nemo Auditorum unus est, cui non bene perspicuum sit, quot
adversum Catholicae Religionis, ejusq dogmatum veritatem perditissimae
hostium infinitorum Sectae suos arcus intendunt, suiq tela vibrant, omni
conatu studentes, hanc nostram, quae vera est, falsam; pessimam vero
suam, veram evincere. Videre enim est, quas non modo olim illi juxta
perversissimi ac perditissimi, et Porphirii, et Celsi, et Juliani et omnem ex-
cedentes numerum alii, ad subruendam Stmam Religionem istam
ejusq invicta dogmata, exeruerunt vires; verum hodiedum etiam ii
aeque infensissimi ac insanissimi, et Libertini, et Sociniani, et An-
titrinitarii, hac absimili vesania helluinantes, non exerunt?
Quamquam neutri illorum, nihil mihi plane facessunt negotii, quamvis quia cum
tam ex alteris, et hos, Justini Athanagorae, Irenaei, et istos Cypriani
Basylii, Athanasii, et illos denique Ambrosii, Hyeronimi, Augustini,
telis eorum in ipsosmet retortis, ita debellaverunt, ut iidem postea, quin
tam sanam Sti doctrinam olim insultare auderent, insanos sese ipse confessi
fuerint; quam ex alteris, ana simulq omnes, illa Columna Religionis
suae, atq firmamentum Sti Ecclesiae, cum deliriis eorum iisdem deductis,
tum Sapientia veritateq sua, perpetuo vincit triumphatque.
Et certe cur haec Religio vera non esset? quid? dogmata ejus veritati consona!
At haec Divina sunt! quid enim non Divinum simulq verum dicit illud, quod non
tantum ab omni mali, ac inhonesti specie alienum, verum potiq omnium om-
ni virtutum genere plenum: quod Deus plane vilibus per homines sci: et nullis
expolitos scientiis, et omni praesidio humano destitutos, in totum terrarum orbem
introductum, propagatumq: quod Sti Authoris consummatoriq miraculis et morte:

Apostolor

Apostolorum Doctrinis et vitæ dispendio, martyrio; idque ex omni sexu, statu et ætate, abunde propinq[ue]
Sanguis; Patrum non minus eruditione, ac pietate Clarissimorum innumeris dogmatis,
Prophetarum, licet diversis viventium ætatibus, quasi tamen uno ore prolatis Oracu-
lis: quæ ipsorum denique infensissimorum aliòqui plurimorum hostium documentis stabi-
litum, firmatum, solidatum est. Certè Divina ac vera religio isthæc est.
Majestatisque veritatem defendendi mihi locus datus est, & licèt, quamquam ea spatio
vera manifestaque sit, non obst[at] me pro tenuitate mea sufficere posse; certum ex-
ploratumque habeo, quam hæc sit ratione unica: ut scilicet cum lego eam argumen-
tis sustinebo [illegible]; tum vos me, et sapientiâ, et humanitate, et benevolen-
tia sustineatis vestra. [illegible] CQ

38

Præfatio ante disputationem theologicam de necessitate morali in Deo ad optimum. Anno 1765.

Quonam modo viri eruditissimi eveniret, ut quidquid in universo conspexerimus in omni per-
fectissimum ordinem, apparere cognoscamus, cum diligentius apud animum inquirerem, co-
hibere me non potui, nisi suprema aliqua ratione mundum gubernari conciperem. Cumque
ex hoc operum omnipotentis limine, ulterius mente progredi desiderarem, infinita fermè
factorum Dei objicit se multitudo, in quibus nihil non optimi, nihil non perfectissimi, vel
ex consequenti, quod horum alia, quia æterna virtute fabricata sint, pulchritudinem,
alia quæ meliora esse respectivè nequeant, excellentiam; alia deniq[ue], quæ infini-
tum internè potissimum contineant, sublimem bonitatis gradum, jure eximio sibi vendi-
cant. Et hinc accidit, ut cupida sciendi cogitatio ad ipsummet Deum perveniret: unde
nam illi esset, ut quidquid fecisset, omnia valdè bona fecisset, quidquid voluerit, om-
nia quæ meliora sunt, voluerit? investigans. Unica non nisi in Deo ad optimum extra
se ponendum (: ut humano modo loquamur :) reperta inclinatio: quam necessitatem
appellare liceat. Perculit fortassis audientium animos vox illa, quæ liberrimo
necessitatem aliquam imponeret: graveque nimis onus, absoluto juribus, subjicere
quispiam diceres. At si creaturis proprias demas imperfectiones, omni me metus
te suspicione liberabis. Non equidem illam necessitatem Deo adstruimus, quæ
obligationem quamdam diceret, a quo enim obligabitur absolutissimus? Non
hanc, quæ indigentiam importaret, quo enim indigebit ditissimus? Non quæ
difficultatem ad optimum contineret, per quem enim impediet fortissimus? Non de-
nique quæ jugum aliquod imponeret, cui enim serviet potentissimus? Verum
quod et Sanctis Patrum consonum est, necessitatem moralem, seclusâ imperfecti-
one, quampiam in Deo admittendam esse censemus. Quæ quomodo cum liber-
tate, cæterisque perfectionibus Divinis cohæreat, argumentis relinquendum volui.
Rum vò implorata Dei ope, necnon vestro viri eruditissimi favore, ad defendenda ea
accedo, quæ dixi.

Fr. Ez. [illegible]
M. P. [illegible] A. C.

Praefatio ante Disceptationem Theologicam die 19na Junij 1764to. in aula Leopoldinae Universitatis habita.

Quam magnis sese expositum periculis advertit, vel ille, qui inter ignitos maris ferventioris aestus constitutum se videt; vel iste, qui maria summa tempestate navigans, altum occuparit Pelagus; tam gravi, mihi credite, versatur in discrimine is, qui mare Scientiarum ingredi, quive Doctis Sapientissimorum virorum ictibus sese opponere, suum apud animum constituit. Et uti cum militem tanto acrior occupat timor, quanto aut armorum strepitus, aut omnium stridor, aut hostium numerus crebrior, vehementior, frequentior insurgit; tum nautam metus eo tenet fortior, quo fortius, gravius, validius venti saeviunt, procellae furunt, Pelagus nautas obruendo inhiat, navis denique ipsa jamjam naufragium passura hac et illac fluctuat; ita daturum de Scientiis rationem, tanto major subit pavor, quanto aut res, cujus veritas declaranda, ratio reddenda, magis magisque abscondita est, aut ii quibuscum eruditae Scientiis instituenda pugna, ingenio ampliores, eloquentia graviores, dignitate illustriores omni demum omnicultationis genere digniores, honorificentiores, nobiliores sunt. Id quod utrumque in his Divinae illius Scientiae mysteriis, abditissimis utique: in hoc PP. Consessu, PP. DD. ac EE. Ssmorum evenisse mihi nemo non videt. Quamquam est, quod nautae spem et laetitiam eripit non omnem: navis scilicet ipsa hanc ei relinquit, si recta, solida firma, naufragioque haud obnoxia sit: est quod militi generosum non minuit animum: ipsa nempe partem adversam tenens aciei hanc ei pollicetur, si ea non delendi sed acuendi; non superandi, sed sportandi: non denique in ditionem redigendi suam, verum fortitudinis augendae gratia dimicaturum decertaturumque veniat: est igitur etiam, quod auctam praesentis spem alacritatemque concedit: quippe istud pstat et res Divinae illius sua, quae abscondita licet plurimum, firmissima tamen, utpote, summa Codicis S. auctoritate, Scholarum PP. DD. doctrina, gravissimisque rationis ipsius momentis stabilita solida firmata est: et ipse interventus hic vester, qui non enervandi, sed solidandi, non restringuendi, sed accendendi, non denique comminuendi dissipandi, verum sustinendi et fovendi nostri animo a vobis susceptus est. Alacer igitur lubensque animo hoc Scientiarum Pelagus, hanc Eruditionis pugnam ingredior: vestro M. R. DD. ac EE. Acad. PP. caeterorumque ac EE. in Senatu jubente: Divinae almae Sapientiae Parens, ac almae Universitatis hujus Domina auxilio suffragante.

A. L.

Præfao ante Disputaonem Theologicam a me habita decoroli.
De jure et justitia. Xᵒ 4to. ultra 1786.

Quum virtutem illam, inter genera virtutum omnia, utilitatis esse maximæ, dubitat nullus: quæ genus humanum et amplis et claris donis muneribusque cumulat, ac auget: tum D.U.M. C.O. f. ac C.C. Academiæ Senatusque P.P. ubi juris ac justitiæ ratio, non copiosa solum, sed illustria etiam atque præstantissima vitæ humanæ confert largiturque beneficia: neque est, unus sit nemo, qui non eam quoque summe maximeque fore commodi agnoscat. Si enim ratio utilitatis illa est maxima, qua vita hominum, et secundæ participes, atque domina, et adversæ fortunæ omnis expers ac nescia reddit: nihil est profecto, quod eam utroque hoc rarò genere, amplius ac justitiæ virtus donet ac muneret. Quid namque ex ea homo, felicitatis non cupit? Gaudet is tranquillam se, atque ob eo securam sæculo vitam ducere? Tranquillam hanc et securam reddunt jura justitiæ. Gestit laetitiis, jam insignitus honoribus, jam donis fortunæ cumulatus? cum tum his insigniunt eum cumulant ilius jura justitiæ. Justitiæ enim jura, non modò vitæ tranquillitatem, huic fortunas, fortunis honores, honoribus gaudia, his autem felicitates: quum ipsis etiam fortunis fortunas, honoribus honores, laetitiis laeticias, felicitates felicitatibus accumulant humanis. Mitto dicere, commoda reliqua, quæ ex ea in genus humanum abundè cumulatèque profluunt: qui illa homines, non hominibus modò, sed Deo etiam ipsi gratos acceptosque facit: nihil dico, qui illius in dando accipiendoque vicissim, sit usus: illa etiam siles, quæ ex ea discimus, non modò et nostra ab alienis, et aliena discernere à nostris; sed etiam ita contineri propriis, ut aliena non appetamus. Teneri tamen non possum, quin ista dicam: tot nos præterea ab justitia augeri commodis; quot incommodis eliberamur, eliberamur autem innumeris. Deleta namque est inusta nomini nota, restitutusque honos, vindicata fama; delevit, restituit, vindicavit justitia: Compositi sunt perversorum mores, temperata malitia, coerciti iracundiæ motus; composuit, temperavit, coercuit justicia: Denique: quis dissentientes olim in unanimem hodie consensio temperavit menteis? justitiæ ratio: Quis dolos è mente, vindictas è pectore, neces atque rapinas è cogitationibus eliminavit humanis? justitiæ ratio. Verbo: justitia lites componit, bella sedat, seditiones arcet, pacem; si turbata est; recuperat, et possidetur: si recuperata; et custodit et moderatur. Hanc igitur, si rerum humanarum appellaverit custodem; parum de est: si vitæ fortunarumque tutricem; nec istud satis: si denique justi et æqui dixerim magistram; necdum omnia dixerim; nisi dixerim utilitatis etiam commodorumque humanorum dominam. Illa est anima ea, (: sicut quod Augustinus dixit:) qua à mortalibus immortalis vita vivit: illa fundamentum hoc (: sicut quod Gregorius asseruit:) in quo cujusvis boni operis structura consurgit: illa (: si ita sententiæ adhærentium oratoris:) vita est ea, quæ per cæteras diffunditur virtutes.

Hujus itaq juris ac justiae partes, hoc in consessu vestro, omni Scientiarum, et dignitatis genere ornatissimo, defensum eo: Ad tamen juri huic meo, non aliter me satisfacturum potavi; nisi vos etiam, juri aut pos grae in meo Vestro, quippe: humanitati et benevolentiae, satisfeceritis. A. L. mapp

Praefatio ante disceptationem Theologicam Aº 178 5to. d 17 Junij Leopoli Studenti Leopoli

Si quantum in Dº hac Scientia profunditatis ac amplitudinis est; tantum in sustinene ejus partibus in me esset ingenii; facile pollicerer, non modo responsurum me dignitati loci hujus satis, verum vestro etiam DD. ac Et. viri ornatissimo Senatui facturum satis. Verum, quia Scientia haec immensa, planeq Dº est: igr viribus ac intellectu humano, amplior, profundior, superior est.
Cui enim est tantum lumen ingenii, cui intelligendi, aut dicendi tanta vis, tantaq facultas, quae non dicam, mente retinere, aut verbis declarare, omnia Scripturarum dogmata, et sensus, omnia Patrum proposita, et doctrinas, omnia Conciliorum sancita et causas, omnia Theologorum placita et rationes, omnia deniq illa, abstrusa, abscondita, sublimia, atq coelestia, in quorum illa singulis explanandis posita est, sed vel cognitione quidem assequi possit! amplitudo illius, profunditas illius est: amplitudo ejus maxima, profunditas ejus maxima est: Nequit amplitudo ipsius satis concipi; Profunditas ipsius satis intelligi nequit. Mons illa est summae altitudinis, id quod dixit Berengius; igitur ascendi n. pt. Pelagus immense profundum, id quod asseruit Platellius; igitur attingi nequit. Planum longe lateq extensum, id quod Bellangius docet; igit ab imbecilli vi humana percurri haudquaqm pt. Sed fateor, quod ipsemet sentio; quaecunq ingenii humani vires sunt, humanae sunt: at illa quae et e Coelesti luce hausta, et in Coelestibus intelligi collocata est; Coelestis est, Dei, vi humana superior est.
Sustinebo tamen pro viribus impositas mihi ejus partes, modo et tu DD. Sen. Senatus, Senatus, multo magnoq et humanitatis, et benevolentiae, et eruditionis et honoris, ornate comitatu, tuo favore, et tu, tum aeternae Sapientiae Parens, tum hujus Universitatis Domina, tuo auxilio, me eas sustinentem sustineas.
Dixi A. L.

Gratulatio ex Stemmate acervi.

Jupiter aurifero sortes tibi depluat imbre:
Et roseo vectus munere tangat honor.
Fortuna innumeris opibus cumulet Acervum:
Vitas Nestoreos, prosper ubiq Dies.

Dunczewius.

Gratulao Patroni S. Ignatii R. P. Rectori S. I.

Prosequitur justo, Domus hæc, duo nomina, cultu:
Primo Poli celebrant, altera Præses agit.
Astra suum jactant, atq ornant laude Parentem:
Jactat et ista domus laude, petitq Patrem.
Et Terris resonat, Cœlisq Ignatius. Ambo
Jure pares titulos, quod celebrent, habent.
Nomen idem, virtus eadem, par munus utrique:
Nec mirum; Sociis, tu Pater, Ille Pater.
Inter tam similes, quæ jam distinctio restat?
Hæc nisi: quod terris tu Præses, ille Polo. A. Popiel.

Salutao R. P. Rectoris.

Apposuit nostris annus discrimina votis:
Discimus; imperii Numina Rector habes.
Martius antiquas Phoebum revocavit ad oras:
Et freno profugis imperat ipse bigis.
Ver erit, et placidis dubitabit fluctibus æquor;
Fundet et hybernas terra novata nives.
Et Zephirus lenes allambet murmure terras;
Et vitreos latices splendida sole coma.
Imperium tua dextra dabit, quam gratia dulcem
Efficit Rector: ver erit Elysium. R. Popiel.

Ad Praefectum Congregationis ex Stemmate Crucis

Non placet Sacras revocare musas:
Displicet Divae modulamen altum:
Cunctos musarum niveis corruscos
Tollite plausus.

Dulcior Praeses, radiatus ostro,
Ac Poli votes, redamavit ille,
Sacra divorum Sociata Signa,
Quippe recondit.

Ergo concentus superdedit ille
Melleos, quibus redimita nunquam,
Terra persensit, Sonus inde gratus,
Crux ubi regnat.

Nos piorum, collum, nitido Subacti
Signo, Sacramus, Zephiri quadrigis
Sequemur posthac, dabit atque Stemma
Crucis honores. M. Kopiel.

Ad Praefectum Congregationis.

Sacra, manani Proceres, Respublica Regni;
